



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**EVANGE=||LIA || QVAE CONSVETO || MORE DOMINICIS ET ||
alijs Festis diebus in Eccle-||sia leguntur**

Aemilius, Georg

COLONIAE, 1555

In Die S. Nicolai Episcopi. Evangelivm Lvc. XIX. Cap.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69317](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69317)

FESTIVALIA.

At uos hoc certa moniti ratione sciatis,
Si dominus nosset, quo fur uenturus in ædes
Tempore sit noctu, uigilans attendere illum,
Nec sineret fracto latitatem irrumpere tecto.
Vos igitur fitis simili ratione parati,
Namq; hominis Natus ueniet, quo tempore forsitan
Pectore seculo minimè expectabitis illum.

IN DIE S. NICOLAI EPISCOPI.

EVANGELIUM LVC. XIX. CAP. ARGUMENTVM.

Rex abiens seruis committit grande Talentum,

Qui reduci rursum lucra parata ferunt.

CIVm ppe uenisset Solymarū Christus ad urbē,
Discipuliq; rudes Regnum cælestē putarent
Esse reuelandum spacio fortasse propinquo,
Mentibus errorem dominus quō tolleret istum,
Venturum alia regnum ratione daceret,
Sermonem tali à simili producere cœpit:
Nobilis è patria peregrinus ibat in oras,
Acciperet quō sceptra noui sublimia regni,
Cognati quæ morte sibi concessa uocabant,
Inde reuersurus regni ditione recepta.
Ergo prius patrijs quam digredetur ab oris
Ante decem seruos in regia tecta uocauit,

Parabola
de talētis.

Expos.

EVANGELIA

Expositaq; uie causa, quam tenderet ire,
Vnicuiq; minam præsenti tradidit ære,
Omnibus & pariter communi nomine dixit:
Hoc pretium serui cura tractate fidi,
Mercibus alternis mutantes æra uicissim,
Emptaq; cum largo rursum diuendite quædum,
Exercete manu lucrosa negocia dextra,
Ut condigna mihi redituro lucra paretis,
Præmia tum uobis referens non parua repandam.
Talia præcipiens, peregrè digressus, abiuit.
Ast dominum ciues animis odere malignis,
Illi sese cupidi subducere regno
Legatos misere procul, qui talia dicant:
Nolumus esse magis tali gens subdita regi,
Legibus exempti sed libertate fruemur.
Ille alios ciues alijs sibi querat in oris,
Quos premat imperio duro, nos atq; relinquat.
Talia cùm peregre uenerunt nuncia Regi,
Insane doluit grauiter molimina plebis,
Tantaq; commouit generosam iniuria mentem:
Sed tamen occultam pro tempore suppressit iram.
Taliaq; ulcisci statuit malefacta reuersus.
Iamq; noui regni confessis ordine rebus
In patriam lœtæ cùm conditione redisset,

CONNO

FESTIVALIA.

Conuocat accito bis quinos ugmime seruos,
Ante quibus pretium dederat, lucrumq; parare
Iusserat, & paruo magnos acquirere fructus,
Scilicet ut uideat, quæ commoda quisq; pararit,
Et qua commissum tractarit fruge talentum.

Primitus accedit primus, qui talia fatur:

Ecce minam depono tuam, Rex inelite, lucro
Rettulit illa decem, studio tractata fidelis.
Laudauit seruum dominus, dixitq; uicissim:
In minimo fidus quoniam mihi serue fuisti,
Ex uno faciens nobis quinq; talento,

Imperium supra totidem tibi traditur urbes,
Illiſ presideas iubeo, & cum laude gubernes.

Post hunc alter adest parto cum fœnore seruus

I.

Quinq; minas referens una lucrante paratas,

Huic etiam dominus letas concessit habendas

Oppida quinq; super, iussitq; præesse regendo.

Tertius accedit diuerso pectore seruus,

Ad dominum uultu qui rettulit ista minaci:

II.

Ecce tuum pono tibi Rex iniuste talentum,

Quod mea seruui circum sudaria uoluens,

Ne, dum lensus abes, quicquam decederet illi.

Promere non ausus fueram, te namq; timebam,

Et quoniam prædurus homo, perparcus, & asper.

III.

Acci-

EVANGELIA

Accipis inuadens, ubi nil prius ipse locasti.
Atq; ibi farra metis, quā non tua dextera salt.
Non tulit ingrati dominus conuicia serui,
Atq; ita respondit iustum commotus ad iram
Ex sermone tuo te perfide iudico nequam,
Verbaq; que dicis licentia pectora produnt.
Si tamen hoc noras, quod sim prædurus & offensus
Nempe ubi non posuit tollens, aliena metens
Semina, cur nostrum precium sine fruge tenet?
Ilo siq; minus tibi querere lucra libebat,
Cur non in mensa posuisti numerariorum?
Vnde recepissem cum fœnore lucra reuersus,
Nudaq; sors saltem sic non sine fruge fuisset.
Hec ubi fatus erat seruo Rex asper iniquo,
Reuertit astanti famulorum talia turbe:
Huc agite, ingrati manibusq; auferte talentum,
Et date conseruo potius bis quinq; tenenti.
Respondent famuli: Tamen hic sat possidet amicorum
Tradite (Rex inquit) iubeo nihilominus illi,
Nam referam uerum uobis, nec mentiar illud:
» Munera quisq; habet, plura huic adiecta dabilius
» Qui caret, huic etiā quod habet tolletur ademptus
At uos ite, uiros nobisq; afferte rebelles,
Qui se fecerunt nostris è ciuibus hostes,

100

FESTIVALIA.

Imperiumq; meum ulterius non ferre uolebant,
Attrahite muitos, ut me spectante necati
Sunt in eis poenas pro seditione rebelli.
Vivere non etenim tali sub rege merentur.
Sed procul hinc abeant Stygia sub regna tyranni,
Supplicium aeternumq; ferant pro talibus ausis.
Hæc ubi rettulerat simili sub imagine Christus
Cum socijs pergens Solymam contendit ad urbem,
Instantis memor officij sortisq; futuræ,
Ad quam festinans studio properabat anhelo.
Tantus amor nostræ fuit, & pia cura salutis.

IN FESTO CONCEPTIONIS MARIAE VIRGINIS.

EVANGELIVM MATT. I. CAP.

ARGUMENTVM.

In patrias ædes Mariam dedit Ioseph,
Admonitus somno pignora quanta feram.
Desponsata fores Christi cùm matre Ioseph
Nomine uirgineo, q; adhuc illæsa tenebat,
Ante suas illam feret quā m sponsus in ædes,
Res comperta fuit, grauidam portare puellam,
Flaminis ætherei conceptum numine pignus.
Hoc ubi cognouit de uirgine sponsus Ioseph,
Territus est animo, casum doluitq; Marie,
Deceptam quam forte malo credebat amore.

V Duce-